

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1252 - 1253

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

spectabat, quam idem avus meus jure feodali ab Argentinensi tenebat et possidebat ecclesia, in remedium sue et heredum suorum animarum in perpetuum liberam dimiserit et absolutam, consensu venerabilis et reverendi patris bone memorie Heinrici tunc Argentinensis episcopi super hoc plenius accedente, ego ea, que ab
 5 ipsis super dicta decimacione salubriter sunt facta, volens firma et stabilia in perpetuum permanere meum eisdem adhibeo assensum, in testimonium et evidentiam premissorum presenti pagine meum appendens sigillum. actum anno domini 1252.

H aus Straßb. Hosp. A. lad. 14 fasc. 1 or. mb. c. sig. pend. lueso.

369. *Prior Helwic und der Convent der Straßburger Dominikaner tauschen
 10 zwei eben erworbene Höfe bei Jung St. Peter mit dem bischöflichen Stadelhof.
 1253 Januar 30.*

Frater Helwicus prior et conventus fratrum predicatorum Argentinensium omnibus presens scriptum inspecturis salutem in perpetuum. noverint universi presentes et futuri, quod nos duas curias contiguas apud sanctum Petrum juniorem
 15 sitas, quarum una fuit monachorum de Werneswilre ordinis Cisterciensis et altera civium Argentinensium Ulrici Schotonis et uxoris sue Elizabet, Schoubonis Gerhardi et uxoris sue Adelheidis, quas ab eisdem nostro nomine emimus, ecclesie Argentinensi pro commutatione curie sue dicte Stadelhoven dedimus libere pariter et absolute corporalem tradentes eisdem possessionem cum integro jure vere pro-
 20 prietatis, nichilominus nosmet ipsos obligantes ad periculum evictionis secundum legitimas sanctiones. quare ut premissa debitam et inconvulsam obtineant firmitatem, presens instrumentum super hoc confectum sigillo nostro fecimus roborari. acta sunt hec anno domini 1253, 3 kalendas februarii, presentibus
 25 Argentinensibus, domino Rüdolfo de Vegersheim, Gozberto, Sigelino Hartungo, Hezekino civibus Argentinensibus et aliis quam pluribus.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2703 or. mb. c. sig. pend. lueso.

370. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet, daß die Straßburger Bürger
 Ulrich Schotto und Gerhard Schob mit ihren Frauen ihren bei Jung St. Peter
 30 gelegenen Hof den Straßburger Dominikanern für 90 Mark verkauft und diese
 ihn gegen den bischöflichen Stadelhof eingetauscht haben. 1253 Januar 30 Straßburg.*

Heinricus dei gracia Argentinensis episcopus omnibus hoc presens scriptum inspecturis salutem in perpetuum. noverint universi presentes et futuri, quod Ulricus Schotto et uxor sua Elizabeth, Gerhardus Schob et uxor ejusdem Adelheidis
 35 cives Argentinenses de consensu heredum suorum curiam suam apud sanctum Petrum juniorem sitam contiguam curie monachorum de Werneswilre ordinis Cisterciensis, quam justo titulo possidebant, fratri Helewico priori et fratribus predicatoribus Argentinensibus pro nonaginta marcis argenti sub pleno jure proprietatis